

ADINATON EXEGETICUM.

Eniac. exurs.

- 1. **Propter electos, quos elegit.** Unus in Stephano electus exponitur, & electa multitudo conspicitur. **Propter electos** apte, Protomartyris sacro cruore: textuque demonstrat multorum triumphum; quia sanguis eius, ut semen aliorum Martyrum.
- 2. **Propter electos, quos elegit.** Multoties Deus eligit, & in dignitate electi non sunt electi; quippe ex dignitate pravi, abusu dignitatis, & dedecore electionis: igitur in electione pravitas, & non electio; ubi nulla legis nec rationis moderatio.
- 3. **Propter electos, quos elegit.** Instat maxima in Ecclesiam persecutio; & expo-

nitur Dei in electionem certatorum electio. Sine electione profectio non possunt eligi: electioque geminatur vel supposita electione; quoniam per Martyrum victoriam, atque virtutis constantiam, promitt certamen electionem illorum fuisse divinam.

4. **Propter electos, quos elegit.** Duplicatur in huiusmodi favore forma divinæ electionis, propter insignem prerogativam Virginis-Matris, in genus humanum prona; ut illud resiliat pristinae felicitati: iureque homines noscunt electionem geminam; quippe per Virginem à Numine electi tam ad gratiam, quam ad gloriam.

DIDASCALIA PRIMA:

Protomartyr Stephanus, electus è millibus:

Constat ex electione, à quo quis & quantus Protomartyr in munere: igitur si à Deo & primus eligitur, primus ex virtute laudatur; quippe per effusum sanguinem & inclytum triumphum, sanguis eius ut semen aliorum Martyrum. **Cruor ille pares Sanctis spondebat honores, Orturis toto corpore martyribus.**

Ita accinit Prosper, *Epigramm. 69.* Hæc feces Deo magna floruit, propter electum, quem in primum elegit. Haud in Stephano Patet agricola feminavit parca, sed magnificè plena benedictione: equidem dum orbem sacra feces abundantissimè implet; & omnis ab hoc uno semine mæsis erit. Diximus, *Tom. 4. T. 7. D. 6. à n. 2.* regerimusque in *Ephemer. 30. Ianuar. n. 1.* Velum illud celebre templi, scissum in morte Christi, consecutum etiam fuisse villis pellicularum Abelis, primi in orbe martyris, & faxis crudeliter interfecti (ut observat Abulens. in 23. *Matth.*) sub quo grana collocabant frumenti, quia manabat sanguine, dum martyr proximè fururus in recincto Synagogæ. Ex illorum enim feraci fructu; mors cognoscebatur, quam accepta atque pretiosa cælo. Unde canit Prudentius in *Peristephan. v. 1230.*

*Hæc sub altari sita sempiterno,
Turba, quam servat procerum creatrix
Purpureorum.*

2. **Pretiosa ergo in conspectu Domini**

mors Sanctorum eius. Non minuitur persecutionibus Ecclesia, sed augetur (ait Leo Pap. *Serm. 1. in Natal. Apostolor. cap. 6.*) *& semper Dominicus æger segete ditior vestitur; dum grana, quæ singula cadunt, multiplicata nascuntur.* Velum rescissum sterilis Synagogæ, ut fecunditas sanguinis in honorem transfret Ecclesie; viso, multiplicatione gloriose feminis, quod olim singulare theatrio dignissimæ admirationis; & in Stephani cruore, quod à sanguine Abel iusti: igitur sicut hic in lege naturæ, Stephanus in lege gratiæ, & Martyr primus & lapidibus obrutus. *De quorum meritis atque virtutibus* (insit idem, *cap. 7.*) *nihil diversum, nihil debemus sentire discretum: quia illos & electio pares, & labor similes, & finis fecit aequales.* Benavid. *lib. 2. Epigram. 43.*

*Hic templi statuit summo fabricare Tonâi;
Destruere impietas quod truculenta parat.*

Stephanus potitur voto, extracto templo, faventibus ministris impietatis usque ad coronidem; lapidibus lætis in virtutis examen: equidem perfectæ ac fabricam evexit usque in fastigia; quia impugnatores ipso in furore ministrarunt faxa.

*Sic validus vibrat perfida saxa furor.
Possidet ille polos, perfidus ima petit.*

3. **Venit Filius Dei in mundum, ut hominem transferres in cælum, quod illi appetuit per ignominiosam mortem; verum nec**

LeoPap

Marcus 38.

Idem.

Benavid

Idem.

Venit Fortu.

in-

In uno Stephano tribus pibus multorib. S Prop

Marc. 13. 20.

Velum templi ex quo confectum?

Prudent

Jerem. 50. 4 44

AS. 6. 5

Primus electus in Martyr

Dignè eligitur, quæ ante electio nec infra dotes suffragatur

Ven. Fort.

invenit fidem, etiam extendens in cruce brachia ad populum non credentem, sed contradicentem. Expeditio meditata atque cæpta pernicienda (quamvis ille raperetur in astra, propter electos quos elegit) per electos, quos uti tales, belli Principes constituitur propagaretur fides, cum ille veniens non invenisset in terris. *Luc. 18. 8.* Hic accidit, quod olim eodem consilio adversus superbum Nabuchum contigit; ut Babylon caderet. *Audite consilium Domini, quod mente concepit adversum Babylonem. Quasi leo ascendit de superbia Iordanis: & quis erit electus quem præponam ei?* Et descriptio Synagogæ insolentis, in exterminium fidei N. Salvatoris. Concitavit in fideles bellum & validum, ut sub iugo legis certaminibus varijs fidem subderet credentium. Aliquis eligendus antesignanus in pugnam; dicitque Deus: *Et quis erit electus quem præponam?* Stephanus. Hic erit primus. Primus in difficilem constitutum. Ideo & Apostoli elegerunt *Stephanum*: qui uti electus à cælo, plenus gratiæ & fortitudine, faciebat prodigia & signa magna in populo: etiam vel catervatim adversarij milites, dum acerrimè contenditur; non poterant resistere sapientiæ & spiritui, qui loquebatur. Dicit felix ex certamine exiit, quanta prudentia in signiferum præpositus. Verum pendente texum. *Electus quem præponam.* Semper præponitur, antequam eligatur: cur igitur in electionem præpositus, si iam electus? Facilis expositio in politicis, ubi articulus occurrit electionis: igitur nemo dignè præponitur in salignum dignitatis nisi quem prius uti digniorum elegerint dotes. *Electus, quem præponam.* In victoriam præpositus, quippe à Deo electus, ut inter electos esset primus: igitur effusione eius in victi sanguinissæ adversus Synagogam Babylonem magna mæsis: ita ut caderet & iaceret in pulvere, Martyrum semine; quippe quæ grana in terram cadentia uberius multiplicata; eò quod essent ad messem sanguine Stephani tincta. Dicit Venant. Fortunat. in *Excerpti. ex lib. 7. à v. 218.*

*In quibus Stephanus victor, honore prior;
Quos saxis, gladiisque, sili, fame, frigore,
flammis,
Ereptos terris, iungit in astra fides.
Castibus (heu) varijs, quos sic tulit ira furantis,
Etsi mors dispar, lux tamen una tenet.*

4. Deinde. *Quis erit electus, quem præponam?* Videtur in re difficili creperum; verum dissolvitur dubium: *Audite consilium Domini, quod mente concepit adversum Babylonem.* *Tom. VIII. Taut.*

bylonem ut multiplicaret fidem. *Eccc puer meus, electus, quem elegi; complacuit sibi in illo anima mea: dedi spiritum meum super eum, iudicium genibus profereat.* Ita Septuaginta ad locum Isaie. *Eccc* (ut observat Novarin. in *Luc. 7. 12.* & nos alibi) *parvula admirationis est, novum aliquod indicat.* Quid hic in puero electo novitatis? mens humana ducatur in stuporem admirationis: Quod tanta mæsis surgeret, cadente Stephano; ut collocaretur in Empyrio: equidem novum & mirabile, quod ex Stephani cruore oriretur in fructum tamquam ex semine. Hinc à Deo dicitur *Semen verum.* Hebr. *Electum.* Stephanus non solum semen, sed verè semen electum: etenim electus ut ex eius primùm effuso sanguine è venisset; tot oriretur tamquam è semine Martyres. Plurimi interdum electi, qui non electi electione, quoniam in exitu inventi sunt electionis indigni; in quibus & de quibus non complacet anima Dei electoris; quoniam in usu dignitatis inveniuntur degeneres; quos electos abijcit, quasi non elegerit. Electum eligi, si respondet maneri. Unde dicit: *Elegi te, & non abiici:* Stephanusque à Numine signatur *electus quem elegi*, in quo Deus ipse complacuit, quia instituta electionis penitenter, dum prædestinavit primum Martyrem, in fidei propagationem; quoniam ut semen electum (innumerablem martyrum copiosâ messe, sanguine suffuso lapidibus) Protomartyris respondit electioni. Elucet Ecclesie adversus Synagogam granum electum; quippequam in fidei arvis, nec aliquando desinet facere fructum.

— *Primo avulso, non desicit alter Aureus, & simili fronde sit virga metallo.*

5. Deinde. *Dedi spiritum meum super eum.* Patet traditio, cum Stephanus fulgeret plenus fide & Spiritu. Sancto, qui loquebatur in eo; quia possit resistere adversariorum malignitatis, quos confundebat veritatis claritas. Iam tunc Chelitus ascenderat in astra: duratura diris certaminibus fidei pugna. Quid faciendum, dum caput Christi Dominus in cælum scandit? *Audite consilium Domini, quod mente concepit.* Eric conflictus? *Eccc puer meus electus: & quem elegi super quem meum spiritum posui, ut esset primus in certamine, qui primus in electione; & ex eius sanguine victores surgerent, qui de perdidit illustri palma triumphantem; quod quidem dignum admiratione, singulari novitate: equidem mirum spectaculo novo, quod Protomartyri communicato divino spiritu; Christus cognoscere caput Martyrum, Stephanusque non so-*

Isai. 42. 1. Septuagint. Novaria.

Cur dicitur electus, alijque præpositus Jerem. 2. 21.

Cur solum electus dicitur?

Isai. 42. 2.

Virgil. 6. Æneid. 143.

Aaaa 2

lum

Ibid. lum semen, sed semen electum. *Iudicium gentibus proferet*: additur. Nonnulli, *Iudicium*. Verum cur gentium proferet iudicium, & nequaquam Iudeorum? In amicorum hostiumque discrimen, ut Stephani sanguis pateret electum semen: igitur cum esset primus in effusione sanguinis Martyru ex gentibus magna feget. A Stephani victoria pugna, gētibz advenit gloria: ut fructus proferret virtutis ex virtute feminis: & victoria Protomartyris gentium diadematam fuit iudicium; quippe Stephani sanguis semen martyrum. Ex triumphis gentium, cruoris uti feminis fit iudicium: igitur fidelis ex gentibus per tyrannorum cruciatus (sicut Stephanus viderat) viderunt cœlos apertos.

Clau- Machina laxatur cali, puerilque patescunt
dian. Spontē fores.
Ut canit Claudian. 3. *Panegy. Honor. v. 169.* Iam enim invenit, quem Synagoga pugnanti, opponeret, & præponeret Christus; quippe Stephanus in primum ab illo electus.

Chifflet 6 Intuitus huius electionis è cœlo, confirmatur illustri, novo, singulari miraculo. Episcopo *Vesontionense* stringente os brachij Stephani Protomartyris, defluxit ex eo sanguis recētissimus tam large, ut ibi adesse diceret B. Stephanum viventem ait Chifflet. p. 2. *Veson. cap. 15.* & addit Thom. Bozius de *Signis Ecclē. lib. 15. cap. 10.* quod regerit ex Novarino Bagatt. de *Admirand. orb. Tom. 2. lib. 6. cap. 3.* in Append. a 21. *Amulla sanguinis S. Stephani Protomartyris asportata ab Orofia Hispano, asseruatur in ade Sancti Caudiosi*: & quoties super altare ponitur dum Missa dicitur, sanguis concretus liquefit, cunctis aspicientibus, atque agitatur; mox considet peractā Missā. Hic loquitur Spontus: *Hoc est corpus meum.* Dum locutus eiusmodi verba, Stephani liquefacta est anima, quæ quidem in sanguine, moto amore. Hebr. *Anima egressa est.* Ubi anima, si Stephanus mortuus, & sanguis extra corpus, & cœcretus? Utique. Motu demonstravit per amoris flammam, ad Eucharistiæ cultum vel mortuum habere vitam: quandoquidem quæ corpore mortuo occulta, ut locutus dilectus, egressa est anima. Appositè de *Fonte Luisi. cap. 18.* Dionys. Carthusian. *Inflammato* (inquit) *& veluti commoto, ac irritato amore, incipit quodammodo ebullire, ac superfervere, suæque sacræ violentiæ totum corpus concutere: quadam calor ac desiderij violentiâ extra se ipsū projicitur, & supra se tollitur, quasi ibi esset.* Maius exponitur prodigium, præsentem san-

guine Stephani ubi celebratur Sacrum. Movetur quin ibi subfedeat spiritus, & quasi sanguis non esset extra corpus. Liquefit, simulque dilectus locutus est: vincēs amore concretionis violentiamque mortui motu singularissimam demonstrat vitam. Sanguis frigore constringitur, calore concepto extenditur, in motus solvitur: simulque videtur prodigij insignē, ad Missam ebulliente Stephani constipato sanguine; quoniam si concretus & frigidus ob corpus mortuū, movetur sæpe calore amoris in Christum.

7 Contingit in huiusmodi sacro theatro, quod in homine violēter occiso, de quo Cœl. Rhodigin. *lib. 3. cap. 12.* & plures alij apud Reyes-Fraco in *Camp. Elyf. quæst. 33.* Unde Lucret. *lib. 4. de Rer. natur. v. 1044.* subseribit:

Idq̄ petit corpus, mens unde est saucia amore; Namque omnes plerumque cadunt in vulnus: & illam Emicat in partem sanguis, unde icimur icētu, Et si cominus est, hostem ruber occupat humer.

Proflit sanguis & inardescit, spiritus iam sopito, quippe asiluit cum sanguine cogitatio. In homicidam insurgit, quoniam sanguinem spiritus vel concretum movet. Dicit inuitatum motum, à quo vulnus acceptum. Immotus est sine homicidæ presentia: sanguis quæ Protomartyris Stephani ebullit assiluit coram venerabili Eucharistiā; vulnere protestante, quod mortuus amore Christi. Id petit corpus, mens unde est saucia amore: igitur illius movetur sanguis cœcretus; quoniam Christus est locutus. *Calore verbi Dei anima succensa, amore quasi solvitur* (inquit Alapid. hic) *ut in Spontum, quem diligit, effluere videatur.* Inardescit, & asiluit. Fit motus unde vulnus: sanguisque inanimatus movetur; quia ubi spiritus, illuc gradiebatur. Mortuus erat Stephanus vulnere, verum non mortuus à corde: etenim si erga altaris Sacramentum motus in sanguine fit: communicatio sanguinis Christi est: ebullitque novum amoris vulnus; quando immobilis sanguis commovetur extra corpus. Novo sensu (nec in propositu obliquo, ut amoris Stephani rutiler claritas) Ezechielis aperitur latens auctoritas. *Morte morietur sanguis eius in ipso erit.* In ipso sanguis, & post articulum mortis: Est opus amoris, & amoris insignis. Non insignis, si in vivente sanguinis ineliet motus. Singularis, dum motus ebulliens sanguis concretus: Stephani que sanguis moveretur, dum Sacrum à Sacerdote peragitur; quoniam vulnus clarè con-

stat

Unde in morte videretur

Lucret.

Venan. d.

Unde sa. guis

Ecclē. 46. 14.

Alapid.

Alapid.

Eius ossa sanguine ferent.

Ezech. 18. 13.

Augu. stin.

stat per intinam charitatem, ubi sanguis movetur etiam post mortem. Morte Stephanus moritur, & sanguis in ipso est. Ebullit amore cor: & per motum ad Christi præsentiam & Eucharistiā sacram, estendi vel in morte pretiosam habere vitam.

Qui valet ex meritis cineres animare sepultos.

8 Denique. *Morte morietur, & sanguis eius in ipso erit.* Non novum, quod sanguis esset in cadaveres: sed mirum, quod sanguis in mortuo morte. Primum est, dum in homine ex morte evanescit vita: hoc, dum mortem demonstrant ossa: quo in articulo, sanguine inspecto, cunctis fidelibus oritur admiratio: quandoquidem uti novum, irrè dignum admirationis quod ex ossè mortui, eius erumpere sanguis. Morte Stephani coluntur ossa, carne nuda. Putasne vivent ossa ista? Videtur impossibile, quoniam arida, atque sicca, mortua morte. Falleris: moad os aridum devotio in cultum straxerit; *Sanguis eius in ipso erit*: igitur in divine signum acceptationis, ex ariditate ossium, tamquam ex venis elicitur sanguis. De Iudicibus Israel allerit Siraides: *Memoria illorum* (Augustin. 22. *Civit. cap. 8.* Reliquiæ in benedictione, & ossa eorum pullulant. Græc. & Vatabl. *Ossa eorum reviviscant, restorantur.* Addit Alapid. in cap. 49. 12. *Vires semper grata & florida sit memoria; ut videantur reviviscere defuncti, magis quam cum reipsa viverent. Adeo eorum laus, decus & gloria ad posteros; ut robles eorum virtutum & miraculorum gloriosam memoriam celebrent.* Conciliat, ut par est, admirationem hominum, Stephani sanguinis singulare prodigium; ut illius reliquiarum sit gratæ atque gloriosa memoria, & pateat defunctus eminentius vivere, quam in vita: etenim eius reliquijs elucet reviviscere & florere corporis artus; ubi elicitur sanguis ex siccis, aridis ossibus. Quod in orbe singulare, est dignum admiratione; & quod decus & gloria cum memoria transeat ad posteros, maxime dum vitam signat habere defunctus, in ossium sterili conditione, pullulantium, germinantium & virentium, quasi essent in carne: etenim in decore reliquiarum, nova & mirabilis vita, quod sanguine floreat ossa. Pullulant utique cœlesti benedictione, dum exerceat certus munus sine carne. Causam innuit Augustinus d. cap. 19. *Non adhuc eorum carne carnaliter, sed spiritualiter iam vivente.* Elucet in Stephani

mortui vivo cruore: siquidem in specimen huius mirabilis conditionis, ex ossè nudo ad stuporem educitur sanguis. Non vitom (ut verbis Virgilij utar, s. *Æneid. a v. 47.*) *Ex quo reliquias, divinitus ossa parentis. Condidimus terra.*

Virgil.

9 Arbitror in nostræ Didascalie institutum, aliud designari nobilè sacramentum, Stephani in benedictione celebratur memoria, ut ossa pullulent. Quorsum pullulatio ossium Stephani, ut in memoria hominum sint reliquiæ? Ut eius manifestetur excellentia, & ex tanto decore summa ad recordationem gloria. Ex eius sanguinè copiosa melsis Ecclesiæ. Post mortem haud inveteraverunt ossa, licet arida & sicca; ut ex ea fecunda sigillatione erroris, germinaret in cœlum Martyrum feget: sanguis que eius effluit, dum os brachij manus cum veneratione stringit; quoniam ut fideles pro Magistro cœlesti effundant sanguinem, vel in ossibus siccis electum respiciunt semen. *Irrigatio ossium.* Ossia & irrigua: Illis hæret uti comes sterilitas; verum è sanguine Stephani manat pretiosa fecunditas: dicunturque irrigua nuda ossa, sed in admirationem pullulantia; quoniam ex ossibus præ virtute irrigationis, in melle Martyrum, etiam effunditur sanguis: igitur pullulantia moad irrigatione virent; ut post mortem in semen nuda carne, Martyres germinarent. Haud alio intuitu reliquias Protomartyris, Augustin. quod supra, vocavit flores. *Flores quos ferbas, dedit.* Appositè & vividè. Ossia arida flores vigilantè dicit; quia fructum & copiosum sanguine in Ecclesia fecit. Sacerdos flores.

Quo in. tuitus

Prov. 11. 8.

Augu. stin.

— *Ossa nuda videt;* Verum sanguine manantia, ne videret ossa nuda: etenim in fructum Martyrum, ut flores in fructum, elicerent sanguinem; ut vel ossibus siccis flourerit semen.

Obid. 10. Falso. 302.

10 Altero die post Pascha primitiarum fiebat victima. *Levitio. 23. à 10.* Ritus signatur, cap. 2. *Si autem obtuleris munus primarum frugum tuarum Domino, de spiciis adhuc viventibus; confringes in morem faris: & sic offeres primitias.* Confractio, ut fieri possit farina, erat inter dura saxa. Unde Chald. Septuagint. & Maluend. legunt: *Excursionem, confractio nem & confusionem.* Hoc lege commendatur, quia oblatio Domini est. Non alibi huiusmodi ritus in sacrificio: dumtaxat in primitijs denotatur confusio ex icibus lapidum in signum constantiæ inclyti Protomartyris, quia omnia in figura contin-

Levit. 24. 14.

Verf. 15 Offeritur in sacrificiis, quando quomodò primitiæ offeruntur.

gebant illis. Primitiæ eligebantur de spicis adhuc virentibus, solemnitate insigni, & alero die à Paschate. Vidimus oblationis singularem formam. Quid expressius atque signatius in nostram causam? Altero die à Paschate Stephanus iuvenis in oblationem devotioni occurrit: quoniam in *ipso iuvenutis flore decore ætatis sua sanguine purpuravit*: ait Augustin. de eo, *Serm. 2.* at ut examusim legi responderet hostia, oblati est inter saxa, ostentans cadendo constantiam miræ virtutis; contusus & contractus lapidibus in morem farris. Granum eligitur faxis contundendum in primitiis, ut aliorum fructuum sequentium præmereretur feracitas; & in Stephano cadente ex hac umbra claret veritas: igitur contractus lapidibus primus martyr, dum cecidit; ex abundantî messe constat, quantum & multiplicem in horrea fructum attulerit: sine multiplicatione in sacrificia segetum, non esset primitiæ Martyrum: & ut horum notescat sine numero numerus; ut primitiæ fecundæ celebratur Stephanus: equidem ut cæteri in fructus optimos effundant sanguinem; iam habent in grano contuso semen. Hac de causa non dicitur *Oblatio Dominosed Oblatio Domini*, altero die à Paschate: igitur post suam manifestationem in humana natura, Stephani in exemplar subest oculis constantia; ut in terra etiam sterili cordis, festivè videretur quanta fecunditas sanguinis.

11 Inter Astrologos fingitur Lupus Centauri cælestis hostia, & innocenti ad Aram Astronomicam víctima: de quo nos fuscè *Isagog. Decembr.* in *Ephemerid.* n.24. Fabula in phenomenon huius constellationis orta ex Lycæonis fabula scitula: qui quidem in Lupam mutatus, quoniam invenem, quem socij eius lapidibus interemerant, in epulas apposuit opiparas: dum Iupiter humanâ lustravit sub imagine terras: dicens furibundus secum, cum persequeretur universos, qui uti Deum venerantur;

— *Experiar, Deus hic discrimine aperto An sit mortalis: nec erit dubitabile verum.* Cadat derisa vetustas, labilis, Ethnica, ut in verum aptiore sensum effalgeant sacra. Lupus rapax dicitur Saulus, adversus Stephanum, eius patrualem, agitatus in rabiem; quem socij eius vomentes virus peccatoris obsecrâtâ truculentia, lapidibus iactis privaverant dulci vitâ; quoniam assebat, immortalem in mortali fuisse carne, quem sustulerant in cruce: igitur effulsi

latens divinitas, dum placuit è cælo lustrare humana sub imagine terras. Fausse, lapidibus insectatus & obtusus, sic víctima altaris sacrati Stephanus. At quid Saulus rapax lupus in huiusmodi tragedia: Videtur quoque cum Stephano hostia. Lupus: Saulus? Uti que, fecunditate eximâ sanguinis Stephani: equidem cum esset electum, nobile semen Martyrum; vel in terra Sauli cordis, repugnantis, sterilis tulit fructum. Saulus converterat terram fructiferam in saluginem à malitia inhabitantium in ea. Stephanus statuit procellam eius in auram, & siluerunt fructus eius: igitur in fructum sanguinis (cum fuisset Saulus lupus rapax in terra) effecit quod fulgeret eiusdem altaris hostia: quem vidit in terra persecutorem; per sanguinis semen, in cælis meruit habere consortem. Arator. *1. Act. v. 385.*

Emicat hic Stephanus, primus qui in agone coronam
Nominis heres habet.
Coruscet modò, quòd Domino, oblatio Domini sanguine Stephani; die primo à Paschate: siquidem triumphi eius glorificatio, ex Procomartyris triumpho.

12 At quomodò Stephani, triumphus eius? *Generosum militem* (insit Lorin. in *Act. 7. 56.*) *Ducti Christi conspectu cæcitate animarunt, arma veruntque ad pugnam:* de quo egimus *Tom. præced. T. 4. D. 1. n. 9.* Vulnera vidit, & fatagens Duce sequi per vulnus; vidit cælos apertos. Apertos die Pascha sequente, quo in cælum Stephanus scandit, ubi Verbum divinum hesternò die de cælo in terram descendit. Vide de portis & clavibus Amoris, que diximus ad descensum è cælis & ascensum; *Tom. 2. T. 12. D. 4. n. 12. Hæri Rex nostræ* (inquit Fulgentius *Serm. 4.*) *trabea carnis indutus de aula ateri virginialis egrediens, visitare dignatus est mundum: hodie miles de tabernaculo corporis exiens, triumphator migravit ad cælum.* Vestis triumphantium erat *Trabea*, sed ex purpura: alio nomine *Vestis purpurâ palmata*, Consule Aulon, in *Gratular. Virgil. 7. Eneid.* à v. 188. Sueton. de *Vestium generib.* Lazar. Bayf. de *Re vestiar.* cap. 10. Panvin. de *Triumph.* & ibi Ioan. Argol. Si vestis ex purpura, unde Domini nascentis fulgebit trabea: Ex sanguine Protomartyris Stephani. Hæri ex Virgine candidus: hodie rubicundus: purpurate recens natus apparatus: quippe in decus Stephani purpuram palmatam induit: etenim cum respiciens eius cicatrices, Stephanus obtinuit ex certa-

Arator.

Lorin.

Quia descendit è cælo Dei Filius, ascendit ille Stephanus. Fulgent.

Quid sit Trabea

Christus dum oritur, Stephanus purpurâ decoratur.

Angustin.

Ibid.

Ara cælestis.

Ovid. 1. Metam. fab. 6.

Per illâ Saulus lupus, in agnum conversus.

Mantua

Genef.

38. à 27

Quomodò Stephanus prior & prior e post prior?

Arrian.

Ut primus in pugnam & victoriam esset.

Mantua

mine triumphum; veste purpurea pupus infans celebravit ut proprium.
Pompili comites feteere triumphi.
In nativitate Phares & Zaram ob certamen, præfati triumphii videtur specimen. *In ipsa effusione infantium unus protulit manum, in qua obfretrix ligavit coccinum* (*Signum sanguinis*, Peterius ut dicit hic) *aitens: iste egredietur prior. Illo verò retrahente manum, egressus est alter.* Qui videbatur per signum coccini prior; prior erit, simulque posterior. Simul? Sane, quod quidem admiratio, in Christi & Stephani nativitate articulo. Uterque egredietur. Christus in mundum, Stephanus verò in cælum. Ut prior Stephanus in effusionis specimine sanguinis, videbatur nasciturus. Non fuit prior, quia egressus est alter, nimirum Christus Dominus; qui sanguinem primus pro hominibus effusus: & post priorem signo coccini, cælum Stephanum declaravit priorem; quippequam primus in obsequium prioris effudit sanguinem. Christus prior ut nascens redimeret mundum: post hunc Stephanus prior ut ingrederetur in cælum.

13 Legebat Alexander, quomodò adversus Hectorem in singulare certamen, Graci vacillabant erga Ducem electionem: igitur alij cupiebant Agamemnonem Principem: alij Achillem, alij Aiaceum: & bile commota, percitus ira, dixit: *Si Princeps essem, & alius proponeretur, dedecus arbitraret.* Vide Arrian. *lib. 1. de Vit. Alexandr.* cap. 8. Sanequam virtutis esset dedecus, quod primus in principatu, ad pugnam & victoriam non esset primus: igitur virtuti eximie obsequium, atque blandimen, quòd qui primus, primus essetanderet sanguinem. Stephanus primus est. Non est dedecus. Erat clara Stephani virtus: & prior in munere & certamine claruit; quippe primus, ut in cælum ascenderet, sanguinem pro Christo fudit: meruitque Christo triumphante,

— *Sacri pars esse triumphi.*
14 Cælum constructum fuisse ex minutis lapidibus, somniatum olim: ut refert Diogenes Laert. de Anaxagora, *lib. 2.* Vives, in *18. Civ. August.* cap. 42. & nos meminimus, *Tom. 7. T. 8. n. 85.* Unde huiusmodi lapides, inquit curiosus? Dicuntque esse ex certamine ac victoria Hercules adversus insignem Gigantum draconem, cum insectarentur lapidibus, ex quorum ictu Hercules genustexus: cuius imaginem Iupiter cælo impressit, atque saxa in stellas permutavit: ex tuncque Hercules dictus

Engonasis, & Ingeniculus: Draconis caput calcans, & de Gigantibus triumphans. Iul. Firnic. *Mathef. 7.* & Hygin. *libr. 3. cap. 5.* Cadat ergo dum rutilat veritas, superata vetustas, igitur videtur Stephanus Ingeniculus, Engonasis in lapide (illustrato eius icone) *positis genibus*, certans & vincens Iudaicæ perfidiæ draconem, subiugans Sallum gigantem, eumque præ cunctis & pro cunctis confligentem; donec vinculis charitatis traxit delirantem in salutem: unde summum Numen complacens de certamine, visa virtute, quamvis uti Hercules cessit lapidum ictibus (qua de causa genustexus) saxa extulit, & in cælo fixit gemmas pretiosas, ac in Stephani splendorem commutavit in stellas, capite Protomartyris insigniter coronato, quia de lapide pretiosus. Cadat etiam virtus Alexandri, respectu constantiæ decertantis Stephani. *In prælio* (refert Iustin. *lib. 12.*) *cum sanguinis fluxu deficeret; genu posito, tanais præliatus est, donec eum à quo fuerat vulneratus, occideret.* A lapide super quem contundebarur lapidibus, tanto saxorum imbore, nunquam potuit Stephanus removeri: ita in conflictu fortis, ut resiliens tacto corpore lapides, Adi Baron. *Ann. Christi. 34. an. 305.* Accessit Saulus, sed cecis lethaliter in vitam ictus: igitur genu flexo tantùm deceravit; quousque à quo fuerat vulneratus occideret: & oculis vulnere recipiens mentem, & cerebri fanitatem, ac ex prencis salutem, invenit sepultum erroribus ensem, quo fidem defendere poterat, quam factiosus morte Stephani, impugnat.

15 Hyginus alijque cum Hegiasnacte, aliam Herculis ingeniculationis causam excogitarunt; quippe Poete signata facile comminiscuntur. Asserunt Herculem pro grege inisse pugnam: sed postquam illi tela defecerant, lapidibus barbarorum, defessum, se ingeniculasse, multis iam acceptis vulneribus. His valetudine cadente invenisse Thesemum pridem hostem, qui non habebat illum ensem; eò quod patet Ægeus sepelisset sub immani saxo, quod movere nunquam potuit, quousque Hercules ad illud accessit. Adi Plutarch. in *Theseo.* Quis Ecclesiæ magis infestus, quam Paulus? Dicunt ore vulnere in Stephano saxorum ictus; & eius post saucium cor; quoniam persecutus est Ecclesiam Dei. Protomartyr pro grege inivit pugnam, defendens validè atque athleticè Ecclesiam; sed barbarorum lapidibus, multis vulneribus fuit genu flexo defessus. Vidit ita genustexus & contusus Saulum Zelozem, qui nec habebat ensem

Cum laudatur Ingeniculus in Ecclesiis per martires Act. 7. 60.

Iustin.

Triumphus primus ex huiusmodi victoriis.

Uti Paulus in Ecclesiis per martires habet ensem.

fem, & intuebatur acerrimum hostem. Hunc in armis inermem circumspexit, fortem, si amicus, praevidit: genuflexione Stephani, Saulo concessa est gratis, atque illustrata lamina, remotoque obstaculo ex immanitate lapidis, apparuit fulminans ensis; quem Paulus, qui Saulus, qui Sumpfit, & usque hodie fecum habet, Ecclesiamque, quam impugnabat lapidibus, etiam post mortem defendit. Est gladius & gladius aureus, Saulo (qui iam non ipse) concessus; adinstar gladij Jeremie, post mortem Machabæo cœlestis traditi. Gladius, quia in vita hostes Ecclesie debellavit: Aureus, quoniam etiam post fatum hyperaspistes protegit, & in adversarios acie acutissime fulminat; ut pateret idibus, quod à Stephano acceperat. Retorqueatur Florus, lib. 2. cap. 17. Summus vir astu, robore, audacia (inquit) qui hastam argentream quatiens, velut cælo missum (vaticinanti simili) omnium in se ora convertit. Nil ex miraculo mirum.

a. Mach 35. 16.

Uo de Pauli gladij aureus

Florus.

Virgil. Eclog. 4. v. 37.

1. Mach 8. 12.

Uo de gladij viridi in Pantheone

Pr. u. gent.

Hinc ubi iam firma virum refecerit atas Murice iam croceo mutabit vellera lute. Sponte sua pascentes vestiet agnos.

16 En fructus Stephani sanguinis, vice feminis: igitur subiugavit averfantium & adversantium militarem aciem; dum cepit, vicit ac vixit Ducem. Accepit Saulus gladium inimici, Synagogæ, ut olim fecerat Machabæus, atque victoria potius, Accepit spolia eorum, & gladium Apollonij abstrahit Iudas, & erat pugnant in eo omnibus diebus. Vivus est sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & percingens usque ad divisionem animæ. Non secus gladius verbi Dei in Paulo adversus Hebræorum conglobatum exercitum, quos potrivit, ac secuit testimonio Scripturarum, obiectus uti lumen cæcis, obsecratis oculis, ut obtineret Ecclesie salutem ex inimicis: colligens sanguine Stephani fructus uberrimos, cuius imbris largæ Ecclesie Catholice irrigaverat campos; ut clareret ex quo electum legitimum semen, dum tot ex illo copiose effundebant sanguinem. Prudentius, in Enchirid. v. 174. fucciniit: Primus init Stephanus mercedem, sanguinis imbræ Afflicto lapidum.



DIDASCALIA II.

Non recti regiminis tenor, sed pudor: ubi non ratio principatur, sed Rector.

Dicitur in Præsidium eligentium & etiam electorum documenta; principali ex præsentia Tautologia. Propter electos quos elegit. Ut quid ergo denudò regeritur, quod supponitur? Si reprobi apparent ex electione; etiam electi à Numine, non electi. Tunc electi à Numine apparent in dignitatibus, ubi potestas dignitatis subditur legibus: neutiquam ubi ad prolium & voluntatis amussim, disponitur in muneribus regiminis: electique dicuntur legum observantia additi; quia exleges electi sine electione, cuncta moderantes ex ratione potestatis; dum eliguntur ut regant ex potestate rationis. Electio fit in dignitatem: pravitasque obliqui regiminis inficiatur electionem; quoniam ubi regit voluntaria potestas, nequaquam est dignitas, sed indignitas. Commendatur regularis methodus, & episcopice; à virgillii sollicitudine N. Gloriosissimi Patriarchæ theodidacti. Non (arbitretur esse aliquid, ait Regul. S. cap. 63.) sua assumptione & honore. Ipse autem cogitet, & sic se exhibeat; ut dignus sit tali honore. Non conturbet grem sibi commissum; nec quasi libera utens potestate, iniuste disponat aliquid. Erit sane in honorem electus, sed neutiquam honoratus; quia ex sola multivola imprudenti voluntate non oritur honor; sed turpiter anchoratus horror & error: quandoquidem sola ex potestate sine legibus regimem; non est regere, sed exercere tyrannidem. In cunctis ex illorum leges irritæ. Quod Nero tam sæva crudaque tyrannide fecit.

2 Princeps debet fulgere adinstar Solis, cuius maior splendor ex firmitate motus atque cursus regularis. Supra cuncta luminaria principatur. Quid mirum? Regie & regitur. Regit lege, à lege regitur: & ita motus in cursu disponitur, in totius orbis regiminis observantia, ut procedere plaudatur superiori Intelligentia. Hinc, ut præmissus Tom. 5. T. 1. D. 2. n. 2. confertur circino, cuius prudens moderatio, qua iuxta leges comprimitur & extenditur. Dirigit, verum dirigitur. Ad Petra-Sancti

Symbol.

Marc. 13. 20.

Exod. 17.

Non potestas à dignitate sed à ratione.

S Bened.

Regime sine regu à legibus, semper in modis.

Invenit 8. v. 123.

Cur Prin concepitur, ut Sol & circinum

OVVEN.

Exod. 17.

Eius pre clara vel studij magnitudo, pedit à consilio & à Senatu.

S Bened.

Maor. Tece. in Gbor. Pectar. P33. 3391.

Tacit.

Symbol. lib. 1. cap. 3. Dirigitur manu: dirigit motu. Manus directionis impultus legis: directio ex pulsa rationis: recteque dirigit in regiminis munere; quoniam ad circumj perfectionem & ducitur prompte & dirigitur à lege. Ovven. ad ungucm, lib. 2. Epigram. 160. Rex regnat solatur non regit omnia solatur. Qui regit & regitur, rectius ille regit.

Virga directionis à Domino traditur Moyfi, totius Israëliticæ congregationis Principi: dataque cum virga tumul facultate patrandi nova miracula. Ac cum mittitur in prodigium libertatis populi; Ingresseris tu & seniores (dicitur ei) ad regem Egypti. Si ille electus in Principem, & virgam Thaumaturgum habet in directionem; cur non ingreditur tolus ad expeditionem credicam, fed etiam seniores locij signantur, ut ingrediar aulam? Ut dirigat & dirigatur, atque saltu dignitatis temerario non infletur: igitur vel negotia difficilia sautum nanciscuntur exitum; modò qui dirigit Princeps dirigatur in prudentiam sano consilio Seniorum. Miracula coram Rege Moyfes cum virga facturus. Ergo non tolus ingreditur, sed cum Senioribus: quippequam in regimine sine Seniorum multorum prudentia; numquam in Præsidio spectantur miracula. Sale quidem dialecto nostræ: En negotios de importancia sin prudentes consijeror; per el Superior solo, no se ven muchos milagros. Vel: No uac milagros, un Principe sin ministros. Ne fit error, dum impenditur labor, ingreditur cum Superiore Seniores: illum compefcent audacter, si temerarius voluerit frangere leges: igitur si pro lubidine regere, illi videtur gloria maiestatis; est gloria pompa

Verum pompa gloria vilis Vel fit quod male luceat, Dum falso gradimur pede, Nec est tractabile pondus, Et mens trahitur acris.

3 Dicere Monarchiam, Reipublicæ non esse saniorum statum; proferò insigne delirium, atque morum corruptelæ fulcrum. Unus fit Princeps: ait Aristoteles, 12. Metaphysic. suffraganturque Politici varijs sacris & profanis testimonijs; quippe tunc regimen haud truncum ex auctoritate capitis, quo viget & floret status; altruitque optimum vel iniquus Machiabellus. Optimum debemus commendare simulque maximum; ceterum sub iugo legum: sine quo, numquam fida potentia, que nimia; ut dicit Tacit. 2. Histor. cap. 92. Quo intuitu ut floret regnum (refert Diodor. Sicul. Tom. VIII. Taut.

lib. 2. n. 19.) Reges Egypti ex altari dicebant, auctoritatem regum de turis pendere legibus; quibus ligati esse debebant. Hinc de Principe dicitur: Come capitis tui sicut purpura Regis vincit canalibus. Ildor. Clar. Rex ligatus enitibus: etenim si per cines notantur cogitationes, per purpuram superiores dignitates; ut splendeat in regimine Superioris status, vel cogitatio debet alligari legibus: alias si ex potestate phantastice cogitatio libera; iuxta canales collocabitur purpura: igitur sicine exitus expeditionum, definit semper in exitu lachrymarum, Qui in honore ut caput eminet, cogitationes nimix potentia liget, ne insaufite ploret: etenim si moderamen ad arbitrium exarcentis voluntatis; omne caput languidum, corque moerens. Caput cinctum cidari, splendent fascia; erant olim Principatus insignia. Consule Pier. Valer. lib. 32. cap. 3. Hieroglyphicum nobile in commendabili Principe: equidem rutilabit splendor principatus, si caput cingitur legibus; ne potestate capitis in plorabilem perniciem, mentis cogitationes exeat ultra potestatem: rupta sane fascia, iam non capitis insigniaerit profecto caput in vanas cogitationes, ceterum non caput Principis: quippequam tunc splendet exitu cogitationum; ubi caput, quia caput cingitur cidari legum.

4 Hinc propter simulatam astu modestiam in moderatione imperij, qui magis insidiabatur Senatui & Seniorum libertati; ut vaferrime illos falleret specie apparentis virtutis, super caput suum imposuit Tibertius leges. Hubert. Goltz. in Augustus, cap. ult. Species in acceptionem Principis rutila, atque celebrata plausu; quoniam imperij leges nequaquam sunt sub imperio. Lex imponitur moderatois capiti, ne quia caput, principetur sine lege: etenim quamvis capita, minime dignitate Superiores, ni moderentur iuxta regiminis leges. Ex querelis constat, quòd imperium liberum sit tyrannis, non imperium. Haud derogant maiestati Principis Senatus consultationes; igitur si Princeps errat, urbanè corrigitur: si à prudentia non aberrat, à cunctis plauditur. Hac enim præcipiens (dixit Theodoriceus apud Casiodor. 1. Variar. Epist. 41.) nil imminuimus sacro ordini, de solita auctoritate iudicij: quando gloria maior est dignitatis, spectare sententiam procerum post regale iudicium. Quod quidem plausum in Nerva, de quo in eo Dio Casius: Nihil unquam (ait) de suo arbitrio statuit, sed principes veros in consilium semper ad-

Diodor. Sicul.

Casiod. 1. s.

Ildor. Clar.

Ex e'nti additioe in lege oriatur gloria, vel ignominia.

Goltz. Non lex sub Principe, sed Princeps sub lege.

Casiod.

Dio Cal

Bbbb mis.

Cerebr-

Ioann.

Deuter.

Eland

Verf. 10

S. Bene-

Sege

mittebat. Idem Antonin. Pius dicens: A-

5 Hac de causa Regi, dum ductor Pop-

quo tendere possit in celsitudinis dedecus?

Sedere debet in folio, comite lege: quare

7 Arbitrantur suam Republicanam esse,

nari Superiores. Aliter, ut canit Lautem-

6 Malum sane lex sine Principes ted-

Leges novas scribere ventis.

Ioann.

Insole-

Rofin.

Senec.

Pericula

Bernard

Qua vi-

Senec.

Sueton.

Lapid.

Statius.

Qui solum

Iuvenal

Pf. 106.

Deliria

Sueton.

dr os esse mancipia togata: & merito, sensu

Miris, & affectu bonus, & patientior aequi.

Dixit de Senatorum observatore, Polynice;

9 Lex ad regimen tradita ex muneris

8 Erraverunt (hi Principes: ait Dav-

9 Erraverunt. Non hoccine summum malum;

Tom. VIII. T. aut.

animo sedit, & novitas (quia irregularis)

9 Lex ad regimen tradita ex muneris

9 Lex ad regimen tradita ex muneris

9 Erraverunt. Non hoccine summum malum;

Tom. VIII. T. aut.

Ad libi-

Manil-

Sapient-

Turbu-

Virgil.

Quomo-

igitur infulus infensatorum vitalitas, aucto- ritas, & auctoritas. Nosstrates: *Viven sin alma*: tantum enim illis lex, quod ludenti phantasia in ostentationem potentia dixerit cor. Unde Zeno Eleantes dixit Tyranno, fuerent stimulo potestatis:

Esclor; d. ub. 7. n. 13. Dan. 5. 49.

Tu solus Republica pestis.

Solus ad libitum praeerat: & adinstar Nabuchi, Quos volebat, humil. abat, & quos volebat, exaltabat. Non erat fas aut nefas, nisi Praefidis voluntas.

Sucton.

10 Mania fuit Caligulae; ut indicaret quid posset, ratione imperij. Solebat etiam prosperis oratorum actionibus rescribere (ait in eo Sucton. cap. 53.) & magnorum in Senatu reorum accusationes defensionisque meditari: ut prout stylus cesserat, vel onerare sententia sua quomque vel suble- vare. Infelix profecto status in inevitabilem ruinam, si eiusmodi prurigo ingrede- retur in curiam sacram; & pessum eunte legum tenore & commendatione merito- rum, munera conferrentur ad Praefidis natum. Absit. Corruet omnimodo disci- plina, si fiat Praefes in regimine Monarcha. Necessit est (inquit N. Patriarcha, d. cap. 65.) sub hac dissensione animas periclitari: Quemcumque elegerit cum consilio fratrum, iumentum Deum, ordinet; si aut locus ex- petit, aut Congregatio petierit rationabili- ter, & Abbas iudicaverit expedire. Aliter, dum iuxta mensuram iustitiae optan- tium numerus; ultra, quia sine mensura, electione non est pondus: magnificatur gentis copia, ceterum non magnificatur latitudo: igitur Praefidis libera potestate, ad munera designantur inepti: & omittitur studiorum decor, literariae Reipublicae hon- or; quippe remissa in credito munere transire possunt, sicut indigni & inhabiles transeunt: sed electores flocci faciunt (modo indotatus ex prolubio honorem habebat) quod splendor totius congregatio- nis sine decore evanescat: & quod peius, cognita meritorum nuditate; quia placet Praefidi: cui quidem fatue (sine directione, nec synderesi, quasi esset Deus) ipsa elec- tione videtur facere posse dignos; super- bientes iactabundè dignitate, ritu atque ipso fortunae, tamquam in creditum opus digni fuissem electione. Quorsum deridicu- la munia, & in opprobria? Quorsum, si Abbas non indicat expedire, nec congregatio audent petere, nec exigit locus? Sine mensura ac pondere augetur numerus; & non erubescit de honorantium facies. Cum dotes non habeant, anxie quarunt hono- res: & ut dicatur cognovisse litteras, avi-

S. Bene dict.

Haud cedantur munia, nisi stat ut neces- saria.

Ine-ent; electio ex potestate absoluta.

de sollicitant cathedras. Olim deplorarunt Horat. 1. Satyr. 10. vers. 91. & Martial. 1. Epigram 77. av. 13.

Discipulorum inter lubet plorare cathedras. Illic ara sonant, ac circum pulpita nostra Et steriles cathedras basia sola crepant.

11 Si inquiritur, quo intuitu ubi non- numquam speciosa literarum venustas, si reformatione ingressa est idiotarum deformitas; sub lingua statim, quod apud Achill. Bocihium, Symbol. 23. legitur:

Et velle & posse favere.

Non Praefes ducitur ratione, sed potesta- te. Simul ad ineptias collocantur potestas & voluntas. Quid impellit in absurdum? Velle. Quid stimulat in regimini dedeco- ra? Posse. Sine loco, sine tempore, sine neces- sitate, sine lege, sine ordine, neque ulla moderationis mensura; quoniam pungente phantasia, totum à voluntate & potesta- te libera, non solum ut ineptis velit & possit favere; sed meritis insignes ad lu- bitum dehonestare: illos exaltando, & do- natos deprimendo; quippe universa ab eius pendente iudicio: & ita in plaustrum ut extollatur demonstrans nec ullum ha- bere cerebrum; caput esse sine capite, quippe caput in regimine sine mente, menque sine rationis regimine, attonita à vanitate; quasi homo duodecim artium, experientia expeditionum, in studijs dodecater- chanon, scientia de caelo illapsa, ac desu- per credità dignitate per potestatem in- fusa; ut qui pridem stupidus nullo in pre- tio, velle & posse ardello appareat magnus Apollo: eius iudicio audaçter suffragante & refragante iuxta legem velle & posse, fulcro indigni collari honoris; cum pra- ineptitudine nesciat emungere nares.

12 Genium sequuntur fatana, in va- cuitate & simul xenodoxie ridicula ostentatione; dum propter inanem & plerum- que simulatam adorationem, in fe demon- strant habitare daemonem. Christo osten- dens gloriam universi orbis (quamvis ne pateret, embolium factum in momento temporis) dixit: *Mibi tradita sunt, & cui volo do illa.* Mentitur aperte & sine fronte. Quale regimen, si mundus esset sub damo- nis potestate? Quid de hominibus actum, si contigit pro Praefide habere damo- nium? Praeter tyrannidem atque truculen- tam servitutem; cum rabidè regeret, in discordias cunctos turbulenter evolueret & devolveret. Machiabelli axioma: *Div de & regna.* Erit sane praeda vulpis, modò iniatur certamen & ursi & leonis. Hoc dia- boli cogitamen (quod buccis crepantibus eli-

Horat. Martial.

Achill. Bocih.

Quanta prurigo fuit Regi- fidis, in ostentatione potestatis

Demonis in ostentatione annulus.

Euc. 4. 6.

eligit Praefes. In die re ostentationem, vi- so celsitudinis fastigio) quibat dumtaxat prae- venire à diabolo; ut per furo tinctam fraudem aliquam possit adipisci adora- tionem. Videt merita, atque despicit: de- merita, & sibi placet, distribuenti, prae- cogitaverat, cuncta sine discretionem quoniam cogitar munere, illa omnia sua esse: in quo quidem vani cerebri insolentia, cum illa ad libitum distribuat, quasi essent sua. Quia tradita illi, non auferitur proprietas, quam usurpat sine iure potestatis auctoritas. Traditur usus electionis in hono- rum prudentem distributionem, iuxta rationis & discretionis examen: nequa- quam ullum vel leve in dignitate domi- nium; quippe totum ius est dumtaxat me- ritorum. Pater in Christo distributionis modus, cui omnia dedit ei Pater in ma- nus, ut favere & honorare posset, prae- ut placeret: Accesserunt duo discipuli dilecti, & consanguinei, inhiantes avidè hono- ri; quin merita exponerent; cum amplio- res dignitates ambirent. Respondit illis auditis: *Non est meum dare vobis.* Meum est, dare; sed non vovis, qui modò indig- ni: etenim eam ad dignitatum mania plenum ius possideant merita; non est meum, dare vobis indignis, & à praclarè merentibus removere dignitates: dedecus sane potestatis, & electoris propudium (quia possum, & volo) eligere ineptè ine- ptum. Nec volo, nec possum. Sicine hono- rare, non est meum. Est debacchantium & fuculentum potestate; ut ostentent velle & posse cogitamine demonis, honoris crotalis & celsitudinis insulis, in dignita- tum iura; qui arbitrantur (estò falso) sibi tradita, quo procedunt amotà ment: in absurda animi commoventur, dum pra- ter ordinem absolute disponuntur: digni multitudinem cadunt, & indotati insolent; quarentes plus per ludicia placere desipienti distributori Praefidi, quam per continuos labores anxie studere virtuti; igitur muscas abigendo inveniunt, quod meritis insignes obtinere non possunt. In huiusmodi nugae tendit attonitorum pra- altitudine potestas. Ius sicine temerarium, non est meum: meum profecto in pote- tatis electionis decus, tantum merari dignos.

Potestas electio non dicitur ad libitum.

Mett. 20. 25.

Favere indigni, non est in potestate electoris.

Bocch. d.

Nam caeca fortuna volabilis illa Vulgaris, passim qua favet immeritis: Verum oculata ipsa & stabiliis, qua sceptrata gubernat. Pro meritis posse, ac velle beare.

13 Ex demonis propositione, elucet

quid fiat temeraria potestate. *Mibi tradita* (dicit) & cui volo do illa. Nec illi quicquam traditum, nec valet conferre ad nutum. Quorsum ergo ita mentitur? Ut per eius arrogantium cognoscatur, in abusu huiusmodi insolentis potestatis, esse sugges- tionem demonis: igitur diabolica omni- nò potestas Praefidis furens est; non bene- meritis favere muneribus, sed illa dare cui vult. Alia furoris causa per cerebrum infatuatum legitur apud Matthaeum. *Hae omnia tibi dabo. Tibi. Nihil aliud? Possidet fatanas cor. Dar cui vult. Non respicit dignitatis decorem, sed fatillem evanidam potestatem & si modò non facit cum, voluerit, nihil fiet. Facid quod potest, & quandiu valet intendens ex abrupto in affectum, & meritorium fastidium, licet in- hibeat severissimè lex; quippe distribuit cui vult: igitur uni soli, quoniam placet, confert omnia; taedio relinquens tot merita vacua: & ex impossibilitate excusationem auratam studio quarit; quippe si uni cui caecè voluit, omnia desipit ter de- dit, ad merita nihil habet. Scaturiginem huius vertiginis est tenacitas propositi, ex obsecrata voluntate, & errore foro mentis. Dicit SS. Benedictus d. cap. 1. *Pro lege eis est desideriorum voluptas: cum quicquid putaverint, vel elegerint; hoc dicunt sanctum: & quod noluerint, hoc putant non licere.* Cuncta ad placitum, voluntatis & voluptatis arbitrium. Vult? Sanctum vel nefas est. Non placet? Ergo non licet. Quis praesumeret de conscientia ita sanà & ex- acte scrupulosa, virtutisque timida; quod aliquid voluisset, si non liceret? Apage cogitationem: vel voluptatis cupidè re- dolent sanctitatem. Penes illum est pote- stas. Vel in delirij iudicanda sanctitas. Si placet, licet: si licet lubet. Signum profecto voluptatis perfectionis; si noluerit. Uti sanctum prudentissimum, quamvis phreneticè, auferat; quod ab illo per fas aut nefas eligitur. Cuncta sicine gaudebunt exitu ad votum felici; sed cuncta sub potestate & regimine fatanae.*

14 Praedixit Habacuc in captivitate propter regiminis absurdum modum, à Praefidibus tyrannicum; quo semper egre- ditur iudicium perverium, extra rationis iudicium. *Suscitabo Chaldaeos, gentem ama- ram, & velocem, ambulantem super latitu- dinem terrae (id est, feliciter, quod vulgo: Sobre el haz de la tierra) ut possideat tabernacula non sua. Horribilis & terribilis est. A semetipsa iudicium. Mala profecto gens, à qua tantum horror & terror;* (un-)

Non fat unitum, nec quicquam indigno.

Math. 4. 9.

S. Bene- dict.

Vexant in potestate multivolus.

Hab. 1. 6.

(unde gravis labor & dolor) abutens potestate concessa, quærens in rapinam quæ non sua impunitate protecta: equidem cum ex malis nascitur salum & felicitatem; & terribilis ac in subditos horribilis, exercet tyrannicè crudelè amaritudinem. At unde tanta moles vexationum? In terrorem & horrorem, à semet ipsa iudicium: & horribilis atque terribilis prorsus, ex potestate mesurabili legibus; quod insolentia sine formidine perpetraret, quod placeret, & primum putem in mentem venisset: reducereturque fas aut nefas sententiarum, ad horribilis & terribilis iudicium: equidem nulla legum neque rationis integritas: si ratio & lex potestativa cupiditas: quippe undique (si iudicium) temerarium; ubi relinquatur regimen in dominantium iudicium. Modò expeditiones iuxta moderantium cor; in prudentiam horror est. Sedit fatuitas, sed temeritas, viget arrogantia, floret insolentia, debacchatur furor, minatur terror, graffatur prolium; quoniam nullum à lege & consilio frenum, dum mens phrenetica à se & per se construat sine iudicio iudicium: in regimine exercens diabolicam potestatem; ad flagellum subditorum, & animæ amaritudinem: equidem quod placuerit quantumvis ex horrore dicitur sanctum; & quod ex legibus displicuerit, ad regimina delirium maxime dum aridit potestatis vagabunda libertas; ubi lex & infrangibilis delictiorum voluptas. Videte, & admiramini & obstruiscite: quia opus factum est in diebus vestris; quod nemo credet, cum narrabitur. Vide dicta Tautolog. 8. à n. 10.

Nonnunquam conatus gentis terribilis & horribilis, in regimine sensim cum actu occupato, extenso iurisdictionis; ut nota potestas sit una voluntas: & assequatur insolenter animus, quod etiam vita in voluntate eius: siquidem si invenerit in extensione levissimum rimulam; haud usurpatam quiescet, donec & surripiat totam, ut ad libitum proterat leges, nec ulla audiat, nisi tantum potestatis. Furor, ut inquit Plin. lib. 9. Epist. 27. patet quanta potestas, quanta dignitas, quanta maiestas, quantum denique Numen. Appositè Achill. Bocch. d. Symbol. 106. in subditum rebellem, & osorem legum Principem. Superbus ille habendus est, & insolens, Nihil ferendus, Principum qui subditus Mandata persequi negligens detrectat. Sed Praefes peior sine lege princeps. At cogitare oportet: ubi reverentia, Pudorque sanctus, ibi salus tutelaque est.

Quærit iudicium Praefatis lex, non est ex lege iudicium.

Verf. 5.

Conatus arrogantis iurisdictionem excedere.

Plin.

Achill. Bocch.

Veb civitati, in qua viget nefaria contemptio legum: atque per licentiam abiectionem obedientiæ, fit quod libet.

DIDASCALIA III.

Pugna SS. Martyrum semper in triumphum.

Mala & mundi bona invicem cedunt, quippequam habitu ad speciem distinguuntur: falluntque frequenter cogitationem, quoniam dumtaxat oculi seducuntur per titillantes speciem: inveniturque voluptas qua cogitata acerbior, & vehemens sensus cordolum, quod amplecti debebat gratum pectus ut delictum. In triumphum adversus Pompeium aspirabat Cæsar, exitumque pugne valide inquirere ab aruspice. *Quærenti porrò (in eo refert Plutarch.) niman aliquod victoria signum in exitis consecret. Tu, inquit, rectius quam ego, tibi responderis magnam enim Diis status rerum tuarum in diversam partem portendant mutationem. Itaque si in presentia res tuas existimas bono esse loco, adversam fortunam: in afflictis censes, meliorem speras.* Fallitur iudicium hominis in prosperis & adversis; igitur miserè labat, si sese felicem per speciem ludente fortuna indicat; dum cogitans propter pugnam afflictionem, in ipsa latentem invenit felicitatem. Ab intus gloria iusti, circumdata varietate: equidem prosper, dum apparet miser: degitque miserimus, qui extra labores plauditur ut felicissimus. *Omniun istorum iudicium in publicum spectat (inquit Senec. Epist. 120.) Ille quem nos & populo & fortuna subduximus, beatus introrum est.* Signum Regis fastidij vel gratiæ signavit Ionathas iactum sagittarum proposita metâ; cum discrimine, quod essent intrâ vel ultrâ. Si intrâ, pax: si ultrâ, indeclinabilis nex. Haud seæus dum tribulationes mittuntur tela de celo, ut fulgeat vulnere, vel iaceat homo: igitur si fagitate feliciter transeunt, iminet futura calamitas: si visceribus barent, planè ventura felicitas: tribulationes enim elaboratæ per artificem patientiam, Regis caelestis vulnere demonstrat gratiam: etenim illi cordi, ut arctius diliger, quos tamquam fagittis persecutionibus probat.

Cæli cælum mercede rependit. Modulatur Man. lib. 1. Astron. cap. 5. v. 152. Si mercede cæli cælum rependit, ante cælum,

Alienus habitus voluptatis & doloris.

Plutarch.

Senec.

Gloria Martyrum ab intus.

Manil.

lum, qui propter illum patitur, cælum habet. Vivide: in mundo gloria, perleccio-nem pati.

2 iratus Dominus Salomoni, quod averfa esse mens eius à Domino Deo Israel, qui apparuerat ei secundo. Hebr. & Maluend. *Qui visus erat ab eo icibus duobus. Dei aspectus dicitur icibus? De huiusmodi profunditate phrasis, divimus, Tautolog. 3. D. 5. n. 9. Vidit Salomonem in idola præcipitem, quotidie in deterius vergentem. Vocavit delicijs, sed non respondit. Percussit, vexavit icibus, sed nec sensit: & cum persecutiones quas eius pietas peccatoribus immittit, in animum dirigantur conversionem; Domini patientis excitavit bilem, eò quod ad conversionem dormiret immotus pectus, quod excitare concupiscerat tot icibus. Vernaculè: *Era razon se enfade, no queriendo el peccador desparar à tanto golpe.* Ergo in Didascalia institutum. Apparuit Dominus, eiusque aspectus dicitur icibus. Ictus est in vulnera, in plagas, in dolorem, in cruciamen: eius aspectus in gaudium, in suaviter, delicias & beatitudinem: & dum exponitur in persecutionibus icibus, Dei memoratur aspectus; equidem si ex eius visione gloria, latet proculdubio in pena: ex qua quidem tantum animæ diffunditur gaudium, quasi iam videret Dominum. Patuit in Stephano. Ictus saxorum suscepit, & cælos apertis vidit. Deus cæli cælum mercede rependit: igitur cælum in terra cæli constituit felicitatem, pro cælo pati iniustam persecutionem. *Regnum Dei (inquit Bernard. de Divers. serm. 21. n. 1.) promittitur, offeruntur, præcipitur, conceditur. Concedatur in prædestinatione, promittitur in vocatione, ostenditur in iustificatione, in glorificatione percipitur.* Sic regnum Dei collocatur præter datur in patria. Idem sed aliter, ut inhabitet gloria in terra nostra. Promittitur, ostenditur, conceditur, percipitur; quippequam in mundo caeleste gaudium, cæli fagittas vulneribus sustinere propter cælum. Sentiantur, cæterum abest cordolum. Planctus est, sed non erit in planctum.*

Ille sed lachryma facient sine sine beatum. Dulcor hic risu tunc illi fietus erit.

3 Ipse dicit Bernard. Homil. 4. Super Missus est, n. 11. *Pius Dominus gratias agit, ne gratias tribuat.* Confert sane dona hominibus, dum tradit persecutionibus; igitur eius insigne pignus amoris, merita conficere ex illatis penis: confertque in tribulationibus gratias; ne gratias tribuat, sed

3. Reg. 21. 9. Hebr.

Dominus per cælum rem patitur in se fusi ex cælo.

In mundo caelesti gloria pati pro iniusta.

Bernard.

Ovid. in Iliad. v. 209.

Bernard.

Pignus dicitur conferri datur in pœnitis.

præmium pugnantium clareat: equidem gratia meritis ex certamine nascitur coronam, in quo victores per collatam gratiam. Tribuendo gratia confertur: retribuendo, gloria datur: gratiamque Dominus in tribulationibus donat, ne gratias ex pugna & victoria tribuat; quippe cum gratia debeat gloria caelestis, laetitæ caelestis gloria in gratia perfectionis. Novum videtur in Christo auxilij prompti suspensio, *videns discipulos laborantes exorta tempelitate, in remigando.* Erat probatio virtutis in demonstrationem dilectionis; ut ex certamine fruerentur gloria ex devicta tribulationis procella: itaque videns laborem, dum dilecti remigando certant contra tempestatem; quoniam gratiam auxiliatricem tribuendo in pagnam, devictoria ex conflictu summam habet complacentiam. Tribulationibus successivis quæstus è celo (quod huiusmodi suppellectilem dumtaxat tribuit pectori magnanimo) inclutus virtute Iob; haudquamquam in prælio celsit, nec clascicum fugit: imò surrexit, & adoravit. Unde gratia ex immisso cruciata? Unde adoratione exhibita gratitudo? Pluit cælum calamitatibus & arumnis; gratiaque agit reverentia adorationis? Momenta tribulationum cognovit, ubi propter illas obsequiosus gratias egit: equidem cum ex victoria (ex acerbitate difficillis prorsus certaminis) gloria latentis resularet copiosissima merces; & debebat gaudere nobile pectus, quod occurreret occasio, ut cognosceretur virtus, & theatrum faceret Deo, ubi invieta peccatoris fortitudo: gratiam utique concedentis blandimen, acere dilecti videre certamen; & simul in eius gloriam propter virtutem coronare victorem.

Adversis probitas exercita rebus Tristi materiam tempore laudis habet.

4 Monet Ethnicus, quod facit & perficit Martyram virtus. *Quid est præcipuum? Possit lato animo adversa tolerare (subdit Senec. Praefat. in lib. 3. Natural. 99.) Sic ferre, quasi tibi volueris accidere: debuisse enim velle, si scisses, omnia ex decreto Dei fieri. Fiere, queri, ingemiscere; desiciscere est. Quid est præcipuum? Animus contra calamitates fortis & cõrûmax. Acerba cuncta & leta? Sane quæ diffusa, consona. Felicitatis causa & initium fuit, quod calamitas vocatur: subdit idem Epist. 110. Hinc fortis animus, & valida virtus floret, avidè amplectens quod displicet; ut obtineatur certaminis gloria, quam congerunt specie oppressionis adversa: equidem cau-*

Marc. 6. 24. 7.

Iob. 1. 20.

Dei complacentia, virtus pugnantis invicta.

Ovid. 5. Trist. 6. v. 49.

Idem. Lætes ferit itas, que videtur ca la nitia.